ANTONII
PANTÒ
J. C.
Juris Naturæ, & Gentium
SUMMA CAPITA

Accedit

DE JURE PUBLICO-SICULO

LIBER SINGULARIS.

EXCUDEBAT PANORMI
In officina Collegii Regalis Borbonici
Antoninus Gramignani 1736.

Impr. Stella V.G C.S.V.)(*Impr. Loredano P.*

Digitized by Google

AD CUPIDAM JURIS GENTIUM
NOBILEM JUVENTUTEM
COLLEGII REGALIS BORBONICI RR. PP. Teatinorum.

QUod olim Marcus Cicero in laudem XII. Tab. ſcripſit, eas bibliothecis omnium Philoſophorum & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate præponens, Nos ſatis commodè in hanc Juris Gentium tractationem tranſtulimus. Id enim Jus quum fons, & propago ſit æquitatis, humanæque ſocietati in officio continendæ magnopere neceſſarium, maxima tum auctoritate, tum utilitate pollere non dubitandum; dignum profecto quòd unicuique veſtrum pro ſui ipſius, aliorumque regiminis inſtitutione proponatur, quippequi ad publica hujus Regni munia obeunda divinâ Providentiâ arceſſiti, eam artem ac præcellentem diſciplinam, qua rerum publicarum, belli, & pacis, patriæ, ac Principum jura tuentur, haud ignorare debetis. Quemadmodum ergo apud Romanos olim inſtitutum erat, ut nobiles adoleſcentes àntequam publica obirent munera, à majoribus natu in Senatum, ac Forum traducerentur, quò non auribus modò, verume iam oculis diſcerent quæ inibi peragebantur, ne, ubi tempus eſſet, ad honores adipiſcendos, & ad Remp. gerendam nudi venirent, atque inermes, nulla cognitione rerum, nullâ ſcientiâ ornati; ita & nos operæprecium duximus, ut antequam publica hujus Regni munia capeſſeretis, veſtrum omnium oculis objiceremus quæ per vos ipſos non ſine maxima veſtri nominis gloria, reique publicæ utilitate poſtmodum exercenda forent. At quum recolendæ memoriæ Ger-

† 2 ma-

manus noſter nullas offenderit Inſtitutiones juris Naturæ, & Gentium ita ab Auctoribus ſuis conſcriptas, ut totius naturalis jurisprudentiæ elementa, ejuſque remotiores origines certo docendi ordine exhiberent, rem perutilem facturum duxit, ſi hujus tam ſublimis diſciplinæ ſolidiora principia ex ipſis fontibus hauſta, quantùm fieri potuit, ad ſumma capita redigeret, ad quæ particularia hujus Regni jura ad ſtatum publicum pertinentia legitima methodo referre in animo habebat. Sed diù meditati operis Capitibus ab eo diſpoſitis, nonnullis etiam ad exitum uſque perductis, cætera quæ ſupererant, immatura morte præventus haud abſolvere potuit. Quare nos etſi cum illo minime comparandi ſumus, inchoatum tamen eximium ædificium pro viribus perficere cupientes, ex ipſiſmet ruderibus ab eo paratis magnum opus explevimus, quod vix ab alio (dicto abſit invidia) perfici poterat, cui longâ atque aſſiduâ familiari conſuetudine ſublimis illius mentis cogitationes non innoteſcerent; idque an benè nobis ceſſerit, aliorum ſit judicium. Atque utinam quotidiana prælectio moram nobis concederet longiorem, quò univerſalibus hiſce principiis diſſolutiones ſummarum controverſiarum, quę hac de re plerumque excitari ſolent, ſuis locis recenſere poſſemus! Nos autem etſi temporis anguſtiis præpediti, illas etiam, ubi occaſio dabitur, attingere non gravabimur, atque eorum, quæ de ſcriptis reſecuimus, non raro vobis copiam voce faciemus. Neque verò hujus noſtræ induſtriæ pœnitebit, ſi tales hac in re Vobis eſſe placeat, quales in cæteris diſciplinis perdiſcendis voſmetipſos hactenus præbuiſtis; ſiquidem in uno veſtrum omnium profectu totum, non leve quidem, ſuſcepti laboris precium repoſuimus. Itaque ad inſtitutum veniamus.

JU-

JURIS GENTIUM

CAPITA.

DE ſtatu hominum in natura.	*cap.* 1.
De Jure Proprietatis.	*cap.* 2.
De Jure Parentum in liberos.	*cap.* 3.
De ſui, & rerum ſuarum defenſione.	*cap.* 4.
De Imperio.	*cap.* 5.
De Officio Imperantium circa Sacra.	*cap.* 6.
De promiſcuis Civium, & Principis officiis.	*cap.* 7.
De Jure Belli.	*cap.* 8.
De Fæderibus.	*cap.* 9.
De Legationum Jure.	*cap. ult.*

JURIS PUBLICI-SICULI

RUBRICÆ.

REgum Siciliæ Chronicon.

De Sicilienſium Magiſtratuum origine, progreſſu, ac juriſdictione.

De Religione.

De Sacroſanctis Eccleſiis.

De Comitiis.

De Vectigalibus.

De optimo Univerſitatum regimine.

De Annona.

De Monopoliis.

De Principis poteſtate.

De Privilegiis, & Reſcriptis.

De teterrimo perduellionis crimine.

De Delationibus, & Inquiſitionibus.

De Armis.

De Excubiis.

De Ponderibus, & Menſuris.

De Vi publica, & privata.

De Ludis.

De Luxu moderando.

De Ritu nuptiarum.

De Injuriis.

De facinoroſis hominibus, eorumque fautoribus.

De

De luctu minuendo.
De Legationibus.
De ſui, rerumque ſuarum defenſione.
De Juſtitiæ Cultu.
De Baronum munere.
De Captivis redimendis.
De Theſauris.
De Caſtrorum præfectis.
De Monetis.
De Naufragiis.

PLura hîc attexenda fortaſſe viderentur, quæ noſtris Siculis Legibus hac de re ſancita ſunt; ſed hæc quum innumera propemodum ſint, commodiùs atque utiliùs ex ipſis fontibus repeti poterunt. Atque utinam Germanus noſter, cujus memoriam libenter recolimus, opus quod jamdiu inceperat, penitus abſolviſſet! In animo ille habuerat Siculas Leges omnes in unum veluti corpus redigere, eaſque ſive ad Jus Publicum, ſive ad Privatum pertinentes non barbaro, ut nunc fœdiſſime conſpiciuntur, ſed latino ſermone conſcriptas propriis ſuis locis, ac titulis collocare, ad quos ſubito (prout dabitur occaſio) recurrere quis poſſit veluti in promptuarium paratum ad præſentes uſus; adjectis tum rubricis concordantibus, ac ſupremorum Sicilienſium Magiſtratuum deciſionibus, tum criticis, & hiſtoricis notis perpetuis. Quod omne luculentiùs fuit expreſſum in quadam Oratione habita in Academia Juſtinianea V. Id. Junii 1727. magna Literatorum ac Nobilium Virorum celebritate, maximoque omnium plauſu.

Digitized by Google

De luctu minuendo.
De Legationibus.
De ſui, rerumque ſuarum defenſione.
De Juſtitiæ Cultu.
De Baronum munere.
De Captivis redimendis.
De Theſauris.
De Caſtrorum præfectis.
De Monetis.
De Naufragiis.

PLura hîc attexenda fortaſſe viderentur, quæ noſtris Siculis Legibus hac de re ſancita ſunt; ſed hæc quum innumera propemodum ſint, commodiùs atque utiliùs ex ipſis fontibus repeti poterunt. Atque utinam Germanus noſter, cujus memoriam libenter recolimus, opus quod jamdiu inceperat, penitus abſolviſſet! In animo ille habuerat Siculas Leges omnes in unum veluti corpus redigere, eaſque ſive ad Jus Publicum, ſive ad Privatum pertinentes non barbaro, ut nunc fœdiſſime conſpiciuntur, ſed latino ſermone conſcriptas propriis ſuis locis, ac titulis collocare, ad quos ſubito (prout dabitur occaſio) recurrere quis poſſit veluti in promptuarium paratum ad præſentes uſus; adjectis tum rubricis concordantibus, ac ſupremorum Sicilienſium Magiſtratuum deciſionibus, tum criticis, & hiſtoricis notis perpetuis. Quod omne luculentiùs fuit expreſſum in quadam Oratione habita in Academia Juſtinianea V. Id. Junii 1727. magna Literatorum ac Nobilium Virorum celebritate, maximoque omnium plauſu.